

IV. *The Copy of an Indenture preserved amongst the Records of University College, Oxford, dated 1404, between Walter Bishop of Durham and the Master of that College. Communicated to the Society by W. C. TREVELYAN, Esq. of Wallington.*

INDENTURA inter Walterum Episcopum Dunelm. et Magistrum Collegii de sex voluminibus Librariæ Collegii traditis. A. D. 1404.

Hæc indentura facta inter reverendum in Christo patrem Walterum Episcopum Dunelmensem ex una et magistrum Johannem Appleton magistrum seu custodem Magnæ aulæ Universitatis Oxon. ex altera parte Testatur quod idem Reverendus Pater tradidit et realiter liberavit præfato Johanni Appleton opere et litera parisiensi. videlicet tria volumina ..... lecturæ Fratris Nicholai de Lira super tota Biblia alia tria volumina super tractatu intitulato Repertorium ..... Dictionare de eisdem opere et litera sub conditionibus et modis infra scriptis videlicet ut dicta sex volumina ..... infra librariam Aulæ prædictæ, et quod infra tres menses magister et socii dictæ Aulæ faciant dicta volumina inferri ..... alligari nec unquam commodabunt nec commendari permittent, sed infra dictam librariam continuè remanebant ..... exercitium et utilitatem studentium ibidem. Et ad hoc perficiendum et observandum magister et socii tam præsentibus quam futuri corporale præstabunt juramentum. In cujus rei testimonium Reverendus pater Dunelm Episcopus et Magister Johannes supra scripti sigilla sua præsentibus indenturis alternatum apposuerunt. Dat. apud manerium ipsius Reverendi Patris de Hoveden die 21<sup>o</sup> mensis Augusti Anno domini 1404.

*Copied from the original in University College, Oxford.*

*W. C. TREVELYAN.*